

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Nuclei evangelici pars festivalis

Trautmann, Samuel

Wittebergae, 1664

Oraculum sacrum XIV.

[urn:nbn:de:bsz:31-160375](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-160375)

Luctamini, adjuvabo: Vincite corona-
bo. Ita Salvator nos indies adclamat *B. Augu-
stini verbis.*

ORACULUM SACRUM XIV.

Ex eodem Versu.

I. Cor. VI. 2.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

ὄχι ἴδατε εἰ οἱ ἅγιοι τὸν κόσμον κρινέσιν
(καὶ εἰ ἐν ὑμῖν κρῖνε) ὁ κόσμος, ἀνάξιός ἐστι
κρυθῆναι ἐλαχίστων.

Versio vulgata.

An nescitis, quoniam sancti de hoc
mundo judicabunt? Et si in vobis judica-
bitur mundus, indigni estis, qui de mini-
mis judicetis?

Versio B. LUTHERI.

Wisset ihr nicht / daß die Heiligen
die Welt richten werden? So denn
nun die Welt soll von euch gerichtet
werden / seid ihr denn nicht guth genug
geringer Sachen zu richten?

N O T Æ.

1. Per sanctos h. l. non intelliguntur sancti illi defuncti, quos Pontifex Romanus in catalogum sanctorum retulit & canonisavit, & quorum aliqui parum sanctitatis habuerunt; sed illi, qui per verbum & Sacramentum sanctificati Christum induerunt, & in vera fide cum Simeone ex hac vita disceserunt. De his sanctis etiam B. Judas pronunciat, quod in die pantocritica cum Domino venturi sint ad iudicium, Jud. v. 14. *contra Pontificios.*

2. Præpositio *per* h. l. non notat quietem in loco, sed causam. Hinc rectè Erasmus: *PER* vos iudicatur mundus. Vide loca parallela Rom. V. 9. Col. I. 18. Matth. V. 34.

3. Sancti iudicabunt mundum, i. e. iudicium & condemnationem mundi ac Diabolorum approbabit ut adseffores supremi iudicis Christi, & consortes divinæ gloriæ. Verba enim activa etiam illis tribuuntur, quæ non propriissimè & influxu proximò id agunt, quod verba significant, sed certa tantum ratione concurrunt. Ita Apostolus h. l. dicit: Sanctos mundum iudicatos i. e. iudicium mundi ac Diabolorum adprobatos; ut adseffores supremi iudicis Christi, & consortes divinæ gloriæ. Christus enim in die pantocritice

a congregabit omnes gentes, & deducet eas
 in convallem Josaphati h. e. in conspectum to-
 nis Ecclesiæ, Joel. III. 2. Ita Apostolus h. l. di-
 cit, sanctos mundum judicaturos, sumtò typò
 ex constitutione veteris Ecclesiæ, quæ desi-
 nebatur Sion & Jerusalem. Vid. Glasf. lib.
 V. Phil. Sacræ tract. II. pag. marg. 878. Aliter
 erò judicabit Christus. Non enim tantum
 externa & audibili voce sententiam judicia-
 iam promulgabit, sed etiam omniscientiam
 nam demonstrabit omnium, etiam occultis-
 imorum manifestatione, 1. Cor. IV. 5. omni-
 potentiam suam demonstrabit præviâ judicîi
 mortuorum resuscitatione, omnium homi-
 num ad tribunal judicarium citatione & con-
 regatione, & efficaci sententiæ judicariæ ex-
 ecutione, ad quorum operum omnium &
 ingulorum effectiorem potentia & gloria
 omnino divina requiritur, *contra Pontificios*
negantes, naturam Christi humanam per unio-
nem personalem participem factam esse gloria
maiestatis divinae. Vid. Bellarm. lib. 3. de In-
 carnat. cap. 1. & cap. 9. p. 299.

4. Sancti judicabunt mundum, non tamen
 inde sequitur, gloriam sanctorum in altera vi-
 cina fore æqualem, sed tantum hoc inferitur,
 quod sancti futuri sint Christi in judicio ad-

lesores & sententiæ contra impium mundum promulgandæ comprobatores, *contra Smalci-um, Vorstium, Schonfeldium, Petrum Martyrem & alios, gradus premiorum & glorie in vita æterna negantes.* Vid. Smalcium in Epist. Socin. p. 575. Vorstium in Tesferadecade Antipistortiana, Schonfeldium in Disputationibus Casellanis, Petrum Martyrem in Locis p. 1355. A quorum opinione tamen rectè discedunt Johannes Piscator Volum. 1. Loc. 21. thet. 48. Gvilielmus Bucanus in Instit. p. 480. Beza vol. 1. fol. 557. Sohnius Tom. 1. p. 286.

Nobis quosque Discos

PATRES.

Quum dixerint Judæi, propter hoc non potuimus Christo credere, quia mandata legæ servare jubebamur, discipulis in medium productis, à quibus & lex suscipiebatur, & fides Christo adhibita est, omnes Judæos condemnabit, *Chrysost. hom. 65. in Matth. T. 3. p. 362. C.*

*Quod dentur gradus premiorum
& glorie in vita æterna.*

Ipse vita æterna pariter erit omnibus sanctis. Æqualis enim denarius omnibus est attributus ac per hoc in denario quidem non impa-

impare non vivet alius alio prolixius, quia
verò In ipsa vita aeterna distinctè fulgebunt
lumina meritorum, mansiones multæ sunt
apud Patrem, in quibus honoratur alius aliò
clarius, *Augustinus de Virginitat. cap. 26.*

Wenn Christus sitzen wird auff seinem
Richter-Throne/
Und gebè jedemã was er verdient zu lobnen/
So wird auch treten auf der treue
Gottes-Knecht/
Und sagen: Dein Gerichte/ Herr Je-
su: ist gerecht.

Ex v. 29.

Gaude, qui propter Christum mundana relinquis,
In caelis habes premia larga ferens.

ORACULUM XV. SACRUM.

Matth. XXV. 34.

TEXTUS GRÆCUS SACER.

Τότε ἀρεὶ ὁ βασιλεὺς τῆς ἐκ δεξιῶν αὐτοῦ
θεῶν εὐλογημένοι τὰ πατρὸς μου, κληρονο-
μήσατε τὴν ἡτοιμασμένην ὑμῖν βασιλείαν ἀπὸ κα-
ταβολῆς κόσμου.

Is Ver-